



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

et nequaquam ultra interficietur
omnis caro aqua diluuii: neque
erit deinceps diluuium disti-
pans terram. Tu autem. **Lectio. ii.**

Dixitque deus: Hoc est signum
federis quod do inter me et
vos: et omnem animam viuentem que
est vobiscum in generationes
sempiternas. Arcum meum po-
nam in nubibus celi et erit si-
gnum federis inter me et in-
ter terram. Tu. **Lectio. iii.**

Quoniam obduxero nubibus
celum: apparebit arcus meus
in nubibus: et recordabor fe-
deris mei quod pepigi vobiscum
et cum omni anima viuente que
carnem vegetat: et non erunt
ultra aque diluuii ad delen-
dam vniuersam carnem. Erunt
queque arcus meus in nubibus
et videbo illum: et recordabor
federis sempiterni quod pa-
ctum est iter deum et omnes
animas viuentem vniuersae car-
nis que est super terram. Dixitque
dominus ad noe: Hoc est signum
federis quod constitui inter me et
omnem carnem super terram. Tu.

A **Nocte. xii. Lectio. i.**
Ratque filii noe qui egres-
si sunt de archa: sem cham et
iaphet. Porro cham ipse est
pater chanaan. Tres isti sunt fi-

lii noe: et ab his disseminatū
est omne genus hominum super vniuer-
sam terram. Cepitque noe vir
agricola exercere terram: et pla-
tauit vineam. Bibensque vis-
um inebriatus est: et nudatus
iacuit in tabernaculo suo. Tu.

Quod cum vidisset **Lectio. ii.**
chanaan pater chanaan verenda
queque scilicet patris sui esse nudata:
nunciauit duobus fratribus su-
is foras. At homo sem et iaphet
pallium imposuerunt huius
modi: et incedentes retrosum ope-
ruerunt verenda patris sui. Fa-
ciesque eorum auerse erant et
patris virilia non viderunt.
Tu autem domine. **Lectio. iii.**

Quigilans autem noe ex vino
cum didicisset que fecerat ei
filius suus minor: ait. Ma-
ledictus chanaan seruus ser-
uorum erit fratribus suis. Di-
xitque. Benedictus dominus
deus sem: sit chanaan seruus
eius. Dilatet deus iaphet
et habitet in tabernaculis sem
sitque chanaan seruus eius.
Dixit autem noe post dilu-
uium trecentisquinquagin-
ta annis et impleti sunt omnes
dies eius nongentorum quin-
quaginta annorum: et mortu-
us est. Tu autem domine.